

trigesimus

marum cinerē palumbinū ferorū ex aceto mulso. Et intestinorum ex iis cinerem cochlearibus tribus e nido hirundinū. Gryllum dilutum equa calida. Ossifragi uentrem arefactum. Turturis fimū in mulso decoctum: uel ipsius decoctæ ius. Turdos quoque edisse cum baccis myrti prodest urina. Cicadas totas in patellis. Millepedam oniscum bibisse. Et in uesicæ doloribus decoctum agnorum pedū. Aluum cit & gallinaceorum decoctum ius: & acria mollit. Cit & hirundinum fimū adiecto melle subditum. Sedis uitii efficacissima sunt oesypum. Quidam adiciunt pompholigen: & rosaceum. Canini capitis cinis senectæ serpentis ex aceto si rhagades sint. Cinis fimi canini candidi cum rosaceo. Aiuntque inuentum Aesculapii esse. Et eodē uerrucas efficacissime tolli. Murini fimi cinis. Adeps cygni. Adeps bouis. Procidencia alui. Succus cochlearū punctis euocatus illita depellit. Attritis medetur cinis muris siluatici cū melle uel herinacei uel uespertilionis. Et anserinus cum cerebro & alumine & oesypo. Fimum columbinū cum melle. Condylomatis priuatim araneus dempto capite pedibusque ifricatus. Ne acria perurant adeps anserinus cū cæra punica cæruosa rosaceo. Adeps cygni. Hæc & hemorrhoidas sanare dicuntur ischiadicis cochleas crudas tritas cū uino amineo & pipere puto prodesse dicunt. Lacertā uiridē in cibo ablatis pedibus interaneis capite. Sic & stellionē adiectis huic papaueris nigri obolis tribus. Ruptis conuulsis fel ouium cū lacte mulierū. Verendorū fornicatiōibus uerrucisque medetur arietini pulmōis inassati sanies. Cæteris uitiiis uellege eius uel sordidorum cinis ex aqua. Seuū ex omēto pecudis & præcipue a renibus ammixto cinere pumicis ex sale. Lana succida ex aqua frigida. Carnes pecudis cōbustæ ex aqua. Mulæ unguarū cinis. Dentis caballini cōtusi farina inspersa. Testibus uero farina ex ossibus canini capitis sine carne tusis. Si decidat testium alter: spumā cochlearū illitā remedio esse tradunt. Tetrīs ibi ulceribus & manātibz auxiliatur canini capitis recētis cineres. Cochleæ latæ paruæ contritæ ex aceto uel cinis eius. Mel in quo apes sunt emortuæ cum resina. Cochleæ nudæ qua in africa gigni diximus tritæ cū thuris polline & ouorum albo. xxxq. die resoluūt. Aliqui pro thure bulbū ammiscent. Hydrocelicis stelliones mire prodesse traduntur capite pedibus interaneisque demptis: reliquum corpus inassatum. In cibo id sapius datur. Sicut ad urinæ incontinētiā. Caninum adipem cū alumine scisso fabæ magnitudine. Cochleas africanas cū sua carne & testa crematas potō cinere. Anserū trium linguas inassatas in cibo huius rei auctor est Anaxilaus. panos aperit seuū pecudum cū sale tostō. Murinū fimum ammixto thuris polline: sandaraca imposita discutit. Lacertæ cinis: & ipsa diuisa imposita. Itē multipeda cōtrita: ammixta resina terebinthina ex parte tertia. Quidam & sinopidem ammiscent cochleæ contusæ & per se cinis inanum cochleæ cæra mixtus discufforiam uim habet. Fimum columbarum per sese: uel cum farina hordeacea: aut auenacea illitū Cantharides mixta calce panos scapelli uice auferunt. Inguinum tumorē cochleæ minutæ cū melle illitæ leniunt. Varices ne nascantur: lacertæ sanguine pueris crura ieiunis a ieiuno illinunt. Podagras lenit oesypum cū lacte mulieris & cæruosa. Fimum pecudum quod liquidū reddunt. Pulmones pecudum. Fel arietis cum seuo muris dissecti impositi. Sanguis mustelæ cum plantagine illitus & uiuæ cōbustæ cinis ex aceto & rosaceo si penna illinatur. Vel si cæra & rosaceū ammiscatur fel caninū ita ne manu attingatur: sed penna illinatur. Fimum gallinæ uermiū terrenorū cinis cum melle: ita ut tertio die soluātur. Alii ex aqua illinire malunt. Alii ipso aceto mensura cū mellis cyathis tribus pedibus ante rosaceo perunctis. Cochleæ latæ potæ tollere dicuntur pedum & articulorū dolores. Bibuntur aut binæ in uino tritæ. Eadē illinuntur cū hēlines herbæ succo. Quidam ex aceto intriuisse cōtenti sūt sale. Quidam sale cum uipera crematis in olla noua & sapius sumptis aiunt podagra liberari. Utile eē & adipe uipetino pedes perungi. Et de miluo affirmāt: si inueterato tritoque quantū tres digyti capiāt bibatur ex aqua. Aut si pedes sanguinem cū urtica uel pennis eorū cum primū nascentur tritis cū urtica. Quin & fimus eorum articularibus doloribus illinitur. Item cinis mustellæ aut cochlearū & cum amylo uel tragacantho. Incussos articulos aranei telæ cōmodisse cutant. Sunt qui cinere earū uti malint sicut fimi columbini cinere: cū polenta & uino albo. Articulis luxatis præsentaneū est & seuū pecudis cum cinere & capillo mulierum. Pernionibus quoque imponitur seuum pecudum cū alumine. Canini capitis cinis aut fimū murium. Quod si putrida sint ulcera cæra ad cicatricē perducūt: uel gryllorum crematorum sauilla ex oleo. Itē muris siluatici cum melle. Vermiū quoque terrenorū cum oleo uetere. Et cochleæ quæ nudæ inueniūtur. Ulcera omnia pedū sanat cinis earum quæ uiuæ cōbustæ sint. Fimique gallinæ cinis exulcerationes columbini fimi cinis ex oleo. Attritus etiā calciamētorū ueteris soleæ crematæ cinis. Agninus pulmo & arietis sanant. Dentis caballini contusi farina priuatim leuat. Lacertæ uiridis sanguis subtritus & hominum & inmentorū pedes sublitus sanat. Clauos pedū urina muli mulæue cū luto suo illita. Fimū ouiuū. Iecur lacertæ uiridis: uel sanguis flocco ipositus. Vermes terreni ex oleo. Stellionis caput cum uiticis pari modo tritū ex oleo. Fimū columbinū decoctū ex aceto. Verrucas uero oīum generū urina canis recēs cum suo luto illita. Fimi canini cinis cum cæra.